

**A Békési Református Egyházmegyében 1801-ben lezajlott egyházlátogatást Kuthi Ádám esperes és Kiss András tanácsbíró végezte el. A Bánságban viszont Gyarmathi Ferenc egyházmegyei főjegyző és Kiss András tanácsbíró végezte el az egyházlátogatást. Az anyaegyházközségek esetében a vizitációs gyakorlatnak megfelelően megvizsgálták az egyházközség anyagi körülményeit, a gyülekezet erkölcsi életét, a lelkipásztor munkáját, az iskolák állapotát és a szórványok helyzetét. Gyulán, Ágyán és Gyorokon viszont a vizitációs bizottság nem tudta teljes vizsgálatot lefolytatni. A vizitációs bizottság a Bánságban tárgyalásokat folytatott Temes vármegye alispánjával továbbá Gyorok földesurával és a Németbánsági Határőrezred parancsnokával. Az egyházlátogatási jegyzőkönyvben ezeknek a megbeszéléseknek az eredményeit is rögzítették.**

Acta visitationis canonicae ecclesiarum helv[eticae] conf[essionis] addictarum v[enerabilis] tractus Békésiensis in anno 1801 mensibus Octobri et Novembri peractae a r[everendo] d[omino] Adamo Kuthi v[enerabilis] tractus ejusdem seniore ord[inario] cum adjuncto sibi v[enerabilis] tractus assessore Andrea Kiss inchoatae Szentesini die 22-a Octobris, secundum puncta ideae visitationis.

- Punct[um] 1-um. Nomen ecclesiae: Szentes
- 2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]it[at]u Csongradiensi situata est.
- 3-um. Filialis ejus Tés et Derekegyhaza.
- 4-tum. Numerus familiarum 1773, animarum 8535, Tesini 65, Derekegyhazini 19, Oroshazini 40.
- 5-um. Pastores ecclesiae: r[everendus] d[ominus] Paulus Szalai et Valentinus Kiss.
- 6-um. Neuter est formati provisu.
- 7-um. R[everendus] d[ominus] Valentinus Kiss deficit libris et canonibus ecclesiasticis.
- 8-um. Quoad doctrinam, mores et familiam probati sunt.
- 9-um. Officium fideliter et cum fructu administrant.
- 10-um. Matricula ducitur ab anno 1744, idque accurate.
- 11-um. Salarium in aequalitate, ea diario tractus sunt inscripta.
- 12-um. Auditores sacra frequentant, proposuit vero r[everendus] d[ominus] Paulus Szalai, primores in templo ordinatas sibi sedes non occupare tempore cultus divini, adeoque rationibus propositis, ne imposterum id faciant adhortati sunt.
- 13-um. Disciplina ecclesiastica utcunque exercetur in eos fornicatores, qui se sponte offerunt, et exorant.
- 14-um. Curator ecclesiae Petrus Soós, juratus oppidi; bona ecclesiae rite administrat; rationes reddit praesentibus r[everendis] v[erbi] D[ivi]ni ministris, et juratis, nec perceptiones aut erogationes sine scitu primarii pastoris consignantur.
- 15-um. Pauperes et orphani ex publicationibus providentur. N[ota] b[ene]: Futuro Gyarakensium ludimagistro, 6 r[henens] f[lore]nos eccl[esi]a promisit.
- 16-um. Templum, aedes parochiales et aedificia scholaria, magnam partem sunt in satu mediocri, sepulchreta sunt fossa c[ir]c[um]data[?].
- 17-um. Ludimagister Daniel F[els?]Őri, praeceptores Franciscus Bónis, Andreas Kállai, Georgius Petó, filiarum praeceptores Stephanus Csó et Josephus Pértsi, cantor Michael Kása.
- 18-um. In moribus et officiorum administratione, laude digni.
- 19-um. Puerorum scholam frequentantium numerus facit 284, puellarum vero 220.
- 20-um. Salaria omnium docentium rite exsolvuntur.

Praesentes in hac visitatione fuerunt praeter r[everendos] d[ominos] loci ministros, ex juratis oppidi et personis presbyterialibus Michael Lakos, Joannes Székely, Stephanus Vetseri, Joannes Dobosi, Samuel Csák, Joannes Lajos et Petrus Sós curator ecclesiae.

H[ód]M[ező]Vásárhelyini visitatio continuata est die 25-a Octobris, praesentibus r[everendis] d[ominis] loci ministris, prout et juratis oppidi N. Martino Kováts, curatore primario Michaele Barta, Michaele Szomor, Stephano Oláh, Joanne Szabó, Francisco Szél, Samuele Ketskeméti et Joanne Kiss.

Punct[um] 1-mum. H[ód]M[ező]Vásárhely.

2-um. I[n]clyto co[m]m[un]it[at]ui Csongradiensi ingremiata.

3-um. Filialis ejus Sámson, et personae in domo correctoria Szegedini detentae.

4-um. Conjugum paria 2704, n[um]erus animarum 14602, Samsonini conjug[um] 58, animae 266.

5-um. Pastor ordinarius r[everendus] d[ominus] Andreas Kiss, supplens Joannes Lendvai, capellanus Petrus Beretzk.

6-um. R[everendus] Andreas Kiss formatis provisos, ceteri non item.

7-um. SuffICIENTER libris instructi, canones et libri symbolici, b[en]igna mandata regia habentur.

8-um. Probati omnes, tum quoad doctrinam, tum quoad mores, et familiam.

9-um. Officio suo, cum laude funguntur.

10-um. Matricula ducitur ab anno 1747 adcurata.

11-um. Salaria diario tractus sunt inscripta, administrantur rite.

12-um. Auditores sacra frequentant, nonnullis, qui vitae suae rationibus alisquando avocantur, exceptis, et aliis quibusdam, qui ut admonerentur, presbyterio inculcatum est, cujus erit futurae visitationis occasione de his referre.

13-um. Disciplina ecclesiastica, negligenter exercetur, propter impedimenta nota.

14-um. Curator supremus Michael Barta, secundarius Paulus Ketskeméti, qui bona ecclesiae rite administrat, et rationes quotannis reddunt, praesentibus r[everendis] d[ominis] v[er]bi D[ivi]ni ministris, omnesque erogationes et perceptiones, cum scitu eorum et per eos consignantur.

15-um. Pauperes et orphani, publicationibus, et piis legatis curantur.

16-um. Templum duo, aliaque aedificia publica ecclesiae maxima ex parte sunt bona, quoad defectus promissa est reparatio, sepulchreta sunt circumvallata.

17-um. Professor Stephanus Berei, conrector Petrus Tószegi, praeceptores Martinus Csötönyi, Ladislaus Csóka, Michael Dékány, puellarum praeceptores Joannes Szabó, Samuel Békési, Samuel Igaz, Samuel Rákosi, Paulus Békési.

18-um. Sunt omnes de moribus et sedulitate probati.

19-um. Pueri scholam frequentantes dantur – , non frequentantes. Puellae frequentantes. Parentes refractarii non dantur.

20-um. Salaria, docentibus in scholis, rite exsolvuntur.

Makoviae continuata est visitatio die 28-a Octobris, praesentibus praeter r[everendum] d[ominum] primarium loci ministrum, ex primoribus ecclesiae iudice ord[inario] Joanne Varga, Stephano Nagy, Francisco Szűts et Michaele Nagy juratis, item Petro Bánfi ord[inario] notario, et Josepho Király, membro presbyterii localis.

Punct[um] 1-um. Nomen ecclesiae Makó.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]it[at]u Csanádiensi situata est.

3-um. Filialem non habet, praeter familias aliquot in i[n]clytis comitatibus Arad, Csanád et Torontál commorantes hortulanos, nisi quod aug[ustanae] conf[essionis] addicti,

hic degentes, jam demum promittebant, se lecticale pro servitiis ministrorum, nostrae soluturos ecclesiae.

4-um. Numerus familiarum 1278, animarum 7124.

5-um. Pastores ecclesiae r[everendus] Franciscus Gyarmati et r[everendus] Nicolaus Etsedi.

6-um. R[everendus] Franciscus Gyarmati ordinatus et formatis provisos, verum r[everendus] d[ominus] Nicolaus Etsedi non est.

7-um. Libros habent sufficientes, item canones ecclesiasticos, liturgias descriptas, et b[enigna] mandatum regium, nominatim de pastoribus gregum agrestibus in religione christiana, et moribus instituendis et formandis emanatum habent.

8-um. In doctrina, moribus et familiis sunt probati.

9-um. Officium suum sedulo, et cum fructu administrant.

10-um. Matricula eccl[esi]ae datur, ducitur ab anno 1742, jam nunc ab aliquott annis accurate.

11-um. Salaria ministrorum quae integre suo tempore administrantur, diarium tractus, cui inscripta sunt, monstrat.

12-um. Auditores sacra frequentant, diebus praesentim dominicis sedulo.

13-um. Disciplina ecclesiastica, propter varia impedimenta extranea, taliter qualiter, dum et quando exercetur, hinc mores auditorum corrupti, multi fornicatores, adulteri, maledici, fures, etc.

14-um. Curator ecclesiae Franciscus Vég, bona ecclesiae rite administrat, et de perceptis ac erogatis, rationes stricte reddere tenetur.

15-um. Pauperes et orphani, domatim et ex publicationibus curantur, danturque duae cassae, pauperum et orphanorum.

16-um. Templum quidem est in statu bono, sed est angustum; defectus nonnulli, etiam quoad aedes parochiales et imprimis scholares reperti, verum primores ecclesiae id agunt, ut omnia aedificia in meliorem statum redigant; sepulchreta sunt circum vallata.

17-um. Rector scholae Josephus Lugasi, corrector Joannes Nagy, praeceptores Franciscus Szabó et 4. scholae alumni, Michael Király, Joannes Szabó, Josephus Szentesi et Joannes Szabó; puellarum praeceptores sunt: Stephanus Deák et Franciscus Maróti.

18-um. Probatum omnes moribus, et in officio seduli, nisi quod Stephanus Deák puellarum praeceptor, tum quoad mores haud compositos tum quoad neglectum sui officii, admonitione dignus habitus est.

19-um. Pueri scholam frequentantes sunt n[ume]ro 298. Puellae sub praeceptoratu Stephani Deák 108, Francisci Maróti 137, pueri non frequentantes plurimi, sunt, quorum numerus erui potest ex conscriptionis diario.

20-um. Salaria his omnibus docentibus, debito tempore exsolvuntur a parte ecclesiae v[erum] communitatis; verum a parte discipulorum, titulo didactri solvendorum, multae sunt restantiae.

Cantor ecclesiae Benjamin Bányai, qui rite suo defungitur off[icio]. Inspectores scholae sunt: r[everendus] d[ominus] loci minister primarius; Franciscus Szűts et Franciscus Vég seculares.

KisPeregini continuata est visitatio canonica die 30-a Oct[obris] praesentibus r[everendo] loci ministro et primoribus eccl[esi]ae, nominatim Andrea Nagy iudice, juratis Georgio Farkas, Michaele Veres, Joanne Veres et Francisco Szabó curatore.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: KisPereg.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]it[ati]o[n]e Aradiensi situata est.

3-um. Filiales habet Battonyae familias 13, animarum 57, praeter has M[ező]Hegyesini, et Aradini in arce, milites stationarios

- 4-um. Familiae 105, animae 510, adfiliatae familiae 25, animae 130 praeter milites.
- 5-um. Minister loci Samuel Némethi.
- 6-um. Formatis nondum est provisus.
- 7-um. Libris non est sufficienter instructus; canone ecclesiastico[?] deficit liturgias habet descriptas, pariter mandata regia, pro ut et determinationes v[enerabilis] superintend[entiae].
- 8-um. Quoad doctrinam, mores et familiam est probatus.
- 9-um. In officio peragendo sedulus.
- 10-um. Matricula habetur, accurate ducitur jam nunc.
- 11-um. Salarium diario v[enerabilis] tractus inscriptum habetur, quod integre administratur.
- 12-um. Auditores frequentes sunt in cultu Divino.
- 13-um. Disciplina ecclesiastica, prout licet exercetur, ambo scandalosi utpote nobilis Andreas Geróts et vidua Michaelis Kiss, nunc etiam de blasphemia convicti, gravi censura notati sunt.
- 14-um. Curator bonorum ecclesiae Franciscus Szabó, rite ea administrat et praesente semper verbi D[ivi]ni ministro rationes de iis reddit; neque perceptiones aut erogationes sine scitu ejus consignantur.
- 15-um. Pauperes et orphani non sunt, qui providerentur, quovis tamen anno ternis vicibus in templo publicantur, ex quibus publicationibus pauperum parentum pueri et puellae scholares providentur.
- 16-um. Templum jam est in statu mediocri, sed quia est angustum, parant duos porticus aedificare. Aedificia parochialia et scholaria necessaria dantur. Coemeterium circum vallatum quidem est, sed renovatione indiget, quae promissa est.
- 17-um. Rector scholae est Emericus Szabó.
- 18-um. Sedulus in officio, primorum expectationi satisfacit.
- 19-um. Discipulos numerat 44, ex puellor 43 non frequentantes, aut parentes refractarii non dantur.
- 20-um. Salarium suo tempore exsolvitur.
- Curator ecclesiae et aedilis ad intercessionem visitationis canonicae a praestatione manuali et curuli pagi, tunc immunes redditi.

Die eodem perventum est Gyarakinum, hactenus propter varia impedimenta filialem, i[ncliti] co[m]it[at]ui Aradiensi adiacentem, verum haec etiam imposterum, nititur introducere ministrum ordinarium, cujus salarium jam ab inclyto comitatu ex integro est approbatum, ut pote quod cum succursu vicinorum benefactorum, nullum caussa[...] plebis contribuentis agravium. Hoc tempore interimalis Gregorius Szilva ministri locum supplet ordinarii.

Idem Greg[orius] Szilva jam ut ordinarius fungitur, animae Gyrokini sunt 134, in filialibus ejus 23.

Erdőhegyini continuata est visitatio canonica die 1-a Nov[em]bris, praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, juratis Stephano Borbély, Gregorio Zódi, Stephano Henric, Michaeli Pálfi, Andrea Molnár curatore et Josepho Keresztes.

- Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Erdőhegy.
- 2-um. I[nclito] co[m]it[at]ui Aradiensi ingremiata.
- 3-um. Filiales habet familias illas circum circa, quae jam superioribus annis ad hanc matrem adfiliatae sunt.
- 4-um. Familiae 110, animae 591, adfiliatae familiae 16, animae 76.
- 5-um. Joannes Daróczy exmissus hoc anno.
- 6-um. Exmissus hoc anno, sed formatis non provisus.

7-um. Libros sufficientes non habet; ii quoque quos possidet, plerumque sunt heterodoxi. Illi severe injunctum, ut a libris heterodoxis sibi caveat, libros vero orthodoxos, multo diligentius legat.

8-um. In doctrina vix mediocris, nihilominus auditoribus probatur.

9-um. Officium fideliter satis administrat.

10-um. Matricula, datur quidem ducta ab anno 1772, sed non accurata; specificè matrimonia ab anno 1793, funera ab anno 1787, non sunt inscripta.

11-um. Salarium ministri auctum et a matre et a filiali K[is]Jenőiensis relatum est in diarium tractus, integre exsolvitur; at primores ecclesiae querulabantur, in exequiis funerum universalium (vulgo bútsúztatós halott) ministrum duplam postulare stolam, cui hac in parte impositum, ut legibus se canonicis conformet.

12-um. Auditores inobedientes, cultum Divinum negligentem, ministerium totum contemnentem sunt.

13-um. Disciplina ecclesiastica est in pessimo statu, maledici, incestuosi, adulteri et ceteri facinorosi, fere absque ulla poena dimittuntur. Unde primarius sylvarum custos, supplici libello nobis porrecto conquestus est, suam uxorem, adeo notorie improbam esse, ut jam saepius propriam domum absente marito incendio, delere studuerit; et ob hujus modi facinora, licet jam crebro legalis ei, in foro civili poena irrogata sit; tamen se nulla ex parte emendavisse. Qua de causa, consilium a nobis petebat, quaenam[?] ratione totalem vinculi matrimonialis solutionem exoperare posset. Hinc ipsi persvasum, ut nunc ad ultimum, amicam cum sua conthorali tentaturus, tandem si aliter fieri non posset, via juris in foro civili divortium peteret.

14-um. Curator ecclesiae Andreas Molnár, qui de perceptis et erogatis latrones reddit. Verum aediles antiqui severe admoniti, ut lecticalia jamdudum exhaerentia, quocitius incassent, et rationum suarum extractum reverendissimo domino seniori inomisse submittant.

15-um. Pauperes et orphani dantur quidem, sed non providentur, adeoque jussum est, ut publicentur, ac provideantur.

16-um. Templum respectu sellarum, renovatione indiget. Aedificia parochialia sunt in statu pessimo, quare ecclesia monita est, ut meliora et necessaria aedificia procuret.

17-um. Ludimagister Josephus Zágonyi.

18-um. Moribus probatis, et in officio sedulus.

19-um. Discipulos habet n[ume]ro 35, puellas 27.

20-um. Salarium ejus exsolvitur.

Ágyaini die eodem visitatio continuari non potuit, propter absentiam r[everendi] d[omini] pastoris, Joannis Dávidházi, schola tamen nunc etiam visitata est, et rector Stephanus Vágó, sedulus in officio, numerat discipulos diversi sexus n[ume]ro 131. Judex Stephanus Bodó et curator Stephanus Kiss, iterum admoniti, ut de aedibus parochialibus et aliis aedificiis necessariis, vocis fidem toties promissam jam demum praestarent.

N[ume]rus familiarum Ágyaiensium 245, animarum 1130. E conscriptione 27. Apr[ilii] admanuata notatum.

Vadászini continuata est visitatio canonica d[ie] 2-a [Novem]bris, praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, judice Stephano Kováts, Andrea Hajdu, Francisco Varga, Gregorio Kotsis, Joanne Csák juratis, et notario pagi.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Vadász.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]it[ati]o[n]e Aradiensis situata est.

3-um. Filiales nullae.

4-um. Familiae 124, animae 732.

5-um. Nomen pastoris r[everendus] Joannes Szilágyi.

6-um. Ordinatus et formatis est provisus.

7-um. Libris sufficienter instructus, canones eccl[esi]asticos etc., habet.

8-um. et 9-um. Quoad doctrinam et conciones esset acceptis, sed in moribus deficit; ut adeo ex communi primorum consensu, dimissione dignus judicatus sit propter ebrietatem, quodsi tamen se emendaverit, retinebitur, de quo primores, ad diem 1-am Januar[ii] anni futuri, reverendissimum dominum seniore, certiore redditori sunt.

10-um. Matricula habetur, et accurate ducitur.

11-um. Salarium ministri, diario v[enerabilis] tractus inscriptum est; administratur integre.

12-um. Auditores diligenter sacra frequentant.

13-um. Exercetur disciplina ecclesiastica in omnes malefactores, verum rari sunt, qui mererentur.

14-um. Curator ecclesiae Stephanus Kováts, officio suo rite defungitur. Rationes quotannis reddit, praesente semper v[erbi] D[ivi]ni ministro, nec perceptiones, aut erogationes absq[ue] scitu ejus consignantur.

15-um. Pauperes et orphani non dantur. Ecclesia tamen, ut tales publicentur in futurum, admonita est.

16-um. Templum est in statu malo, sed circumstantiis ecclesiae in melius mutatis, se renovaturos promiserunt. Aedificia parochialia, pariter renovationem requirunt. In lignis focalibus administrandis, sunt negligentes. Coemeterium circumseptum est.

17-um. Rector Benjamin Beregszászi.

18-um. Moribus contumax, officio negligens.

19-um. Discipulos 30, puellas 32 habet, quorum diligentior cura ipsi est injuncta, non frequentantes pueri et puellae numerati sunt fere 90.

20-um. Salarium ejus rite administratur.

B[él]Zeréndini continuata est visitatio canonica die eodem, praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro Stephano Borbély, judice Joanne Pap, Joanne Gyarmati et Michaele Puskás juratis civibus.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: B[él]Zerénd.

2-um. I[n]clyto co[m]it[at]ui Aradiensis adjacet.

3-um. Filiali caret.

4-um. Familias numerat 50, animas 320.

5-um. Pastor ecclesiae, r[everendus] d[ominus] Paulus Lázár v[enerabilis] tractus adsessor.

6-um. Ordinatus sed formatis non est provisus.

7-um. Libros habet sufficientes, etc., verum b[enigna] mandata regia, descripta in hac ecclesia, non sunt inventa, quoniam uti dicitur, r[everendus] Fábían antecessor secum abstulit r[everendus] d[ominus] Lázár, secum huc Erdőhegyino adtulit; rationem addens, quia Erdőhegyiensis ecclesia diarii pretium non exsolvit.

8-um. Probatus et acceptus, tum quoad doctrinam et mores, tum quoad familiam.

9-um. Officium suum fideliter, et cum fructu administrat.

10-um. Matricula habetur ab anno 1772, baptizatorum et matrimonio junctorum, sed mortuorum consignatio deest, ad annum 1788, nunc jam ducitur accurate.

11-um. Salarium r[everendi] d[omini] ministri, diario v[enerabilis] tractus inscriptum, etiam nunc exsolvitur, cum imminutione aeris parati et naturalium, licet primores, jam sepius hac de re moniti fuerint.

12-um. Auditores sacra frequentant.

13-um. Disciplina ecclesiastica, utcumque exercetur.

14-um. Curator ecclesiae Joannes Puskás, cujus ratio anno expleto revidebitur.

- 15-um. Pauper nullum.
- 16-um. Templum, aedes parochiales et scholares ruinosae, nullam prorsus primorum curam ostendunt, sepulchretum est circumseptum.
- 17-um. Rector scholae Daniel Lázár.
- 18-um. Vix fundamentalium fidei articulorum gnarus.
- 19-um. Discipulos numerat 18, discipulas vero 19, unde.
- 20-um. Salarium ejus ex majori parte exhaeret.

F[ekete]Gyarmatini die eodem continuata est visitatio praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro Michaelae Kajtor, Stephano Szilágyi, Joanne Bíró et Joanne Kapros juratis.

- Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: F[ekete]Gyarmat.
- 2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]i[t]a[t]u Aradiensi situata est.
- 3-um. –
- 4-um. Familiae 187, animae 1017.
- 5-um. Pastor ecclesiae: Michael Szilágyi.
- 6-um. Ordinatus, sed formatis nondum est provisus.
- 7-um. Libraria supellex curta est, liturgiam, canones ecclesiasticos et b[enigna] mandata regia, ex parte descripta habet.
- [8456] 8-um. Probatum est quoad doctrinam, mores et familiam.
- 9-um. Acceptissimus est in officio.
- 10-um. Matricula ducitur accurate.
- 11-um. Salarium ministri, diario v[enerabilis] tractus inscriptum est, quod integre exhibetur.
- 12-um. Auditores sacra frequentant.
- 13-um. Disciplina ecclesiastica si casus intervenit, exercebitur, sed jam a multo tempore nullus fuit.
- 14-um. Curator bonorum ecclesiae Michael Kapros, officio suo rite defungitur etc.
- 15-um. Pauperes sunt n[um]ero 3, qui ex publica aluntur elemosyna.
- 16-um. Templum, parochia et schola sunt in bono statu, nec in aliis minoribus aedificiis ullus est defectus. Sepulchreta sunt c[ir]cumvallata.
- 17-um. Rector scholae Joannes Molnár.
- 18-um. Contraversum ipsi est, quod discipulos ad sacram coenam non praeparet, et sabathale ultra praefixum etiam tempus incasset.
- 19-um. Discipulos habet n[um]ero 68, puellas autem 38.
- 20-um. Salarium ex cassa ecclesiae rite exsolvitur, sed in naturalibus, a discipulis obvenientibus, habet restantias.

N[agy]Zeréndini continuata est visitatio, die 3-a [Novem]bris, praesentibus r[everendo] loci ministro, Andrea Adorján iudice, Stephano Dávid, Georgio Boros, Joanne Gál juratis et Michaelae Ujfalusi notario pagi.

- Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: NagyZerénd.
- 2-um. I[n]clyto co[m]m[un]i[t]a[t]ui Aradiensi ingremiata.
- 3-um. –
- 4-um. Familias numerat 248, animas 1116.
- 5-um. Pastor ecclesiae r[everendus] d[ominus] Joannes Molnár.
- 6-um. Ordinatus quidem, sed formatis provisus non est.
- 7-um. Libros sufficientes non habet, quamvis jam sepius promiserit se comparatur.
- 8-um. Quoad doctrinam, mores et familiam probatus.
- 9-um. In officio administrando sedulus.

10-um. Matricula ducitur ab anno 1774 antiqua incendio periit.

11-um. Salarium r[everendi] ministri diario tractus inscriptum, rite administratur.

12-um. Auditores sacra frequentant.

13-um. Disciplina ecclesiastica neglecta; hinc plures scandalosi, adulteri et vitae dissolutae homines, quorum meminisse horret animus. In hac ecclesia, civis quidam Michael Pap, scripto tenus querulatus est in r[everendum] loci ministrum, quasi hic, illum personaliter in concionibus publicis adgressus fuisset. Verum cum assertum suum, nullo vel probabili testimonio probare potuisset, sponte pastorem deprecatus, se imposterum nullas in ecclesia turbas moturum pollicebatur. Ibidem mulier quaedam, Maria Fabján, immania de adultero suo marito Paulo Törös referens, totalem ab eo petiit matrimonii solutionem, sed hac, ad viam juris civilis relegata est.

14-um. Curator ecclesiae Andreas Adorján, qui de perceptis et erogatis, rationem reddit, eaque omnia cum scitu r[everendi] pastoris consignantur.

15-um. Pauperes 4 ex cassa publica et publicationibus aluntur.

16-um. Templum est in statu bono; aedes parochiales, quibusdam, at scholares multis defectibus laborant, quorum emendatio primoribus injuncta.

17-um. Ludimagister Stephanus Vékony.

18-um. Admonitus, ut officio suo diligentius et solidius satisfaciatur.

19-um. Discipulos numerat 59.

20-um. Salarium ejus fixum ex cassa rite exsolvitur, sed didactrum ejus maximam partem exhaeret apud parentes. Praeceptor puellarum Michael Szabó, discipulas habet 27 in officio suo sedulus est. Inspectores scholae r[everendus] d[ominus] loci minister, et Andreas Adorján curator.

Gy[ula]Várini continuata est visitatio canonica die 4-a [Novem]bris, praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, Stephano Szabó, Michaelae Pap et Joanne Bóné.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Gy[ula]Vári.

2-um. Situata est in i[n]clyto co[m]munitate Békésiensi.

3-um. –

4-um. Familiae 210, animae 1007.

5-um. Pastor ecclesiae r[everendus] d[ominus] Josephus Kállai.

6-um. Ordinatus, sed formatis non est provisus.

7-um. Libris sufficienter instructus, canones ecclesiasticos et liturgias descriptas habet, verum b[enigna] mandata regia, in archivo ecclesiae descripta non inveniuntur.

8-um. Probatus in doctrina, moribus et familia.

9-um. In officii administratione laudatus.

10-um. Matricula ducitur ab anno 1772 accurate.

11-um. Salarium ministri fixum solvitur, at foenum, iterum ad aesparatum minus aequivalens reductum, invito r[everendo] d[omino] pastore, de quo primores moniti, ut foenum v[el] in natura, vel in aequivalente aere parato exsolvant, et quidnam hac in re praestiterint, ad sedem dislocatoriam, proxime imminentem, de hoc relationem facere haud intermittant.

12-um. Auditores sacra frequentant.

13-um. Disciplina ecclesiastica exerceretur, si darentur tales, qui mererentur.

14-um. Curator ecclesiae: Stephanus Szabó, qui in officio suo administrando, communem meretur applausum.

15-um. Pauperes vel orphani, hoc tempore nulli, quod si forent publica[ti]onibus provid[us].

16-um. Turris et aedes parochiales sunt in statu pessimo, quorum reparatio vel ex fundamento nova aedificatio, iterum promissa est.

17-um. Ludimagister Paulus Gál.

18-um. Moribus probus, sed in officio segnior, propter oeconomiam propriam.

19-um. Pueri scholam frequentantes sunt numero 38, puellae 31, non frequentantes fere totidem, quorum diligentior cura, primoribus serio imposita est.

20-um. Salarium fixum solvitur at didactrum fere ex integro haeret apud parentes.

Inspectores scholae sunt: r[everendus] d[ominus] loci minister Michael Pap et Casparus Tabajdi notarius.

Die eodem Gyulae visitatio canonica intermissa est, haec enim ecclesia 9-a Julii a[nni] c[urrentis] incendio (proh dolor) nefando in cineres redacta, templo recenter exstructo, vasibus sacris, turri et campanis, aedibus tam parochialibus, quam scholaribus ex integro spoliata, tristissimam ab eo tempore sustinet faciem, adeo ut ne r[everendo] quidem suo ministro Stephano Juhász, pariter in hoc incendio, omnibus vitae et studiorum subsidiis privato, sit par intertenendo, nisi larga benefactorum extraneorum manus eum adjuverit.

Verbi Divini minister re litteris suis significat conscriptionem propter dissipationem auditorum intermittere coactus est.

Dobozini continuata est visitatio canonica die eodem 4-a [Novem]bris praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, iudice primario et Joanne Békési.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Doboz.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]it[at]u Békésiensi situata est.

3-um. –

4-um. Familiae 309, animae 1166.

5-um. Minister loci r[everendus] d[ominus] Samuel Kállai, tract[ualis] adsector.

6-um. Ordinatus, sed formati necdum est provisus.

7-um. Libraria supellex, bona et sufficiens canones item ecclesiasticos, liturgias descriptas, et b[en]igna mandata regia, in negotio religionis emanata habet.

8-um, 9-um. R[everendus] d[ominus] Samuel Kállai, minister hujus loci, inde a 25 annis, suis exasse satisfacit auditoribus, nunc tamen turbulentorum quorundam vexis pertaesus, sponte suum resignavit officium.

10-um. Matricula ducitur ab anno 1766 accurata.

11-um. Salarium, diario v[enerabilis] tractus inscriptum, integre administratur.

12-um. Auditores sacra frequentant.

13-um. Disciplina ecclesiastica exercetur.

14-um. Curator ecclesiae, Joannes Darmadi, accurate suo defungitur officio.

15-um. Pauperes aut orphani in hac ecclesia nulli dantur, qui ex publico alerentur, attamen publicantur, tribus diebus festis quotannis, pecuniaque exinde collecta in futurum usum conservatur.

16-um. Templum est novum, at aedes parochiales et scholares multis laborant defectibus, novas exstruere intendit ecclesia. Sepulchretum est fossa circumdatum, sed hiatus habet.

17-um. Rector scholae Alexander Németh, praeceptor filiarum Sigismundus Kiss.

18-um. Moribus uterque probati, et in officio seduli.

[8459] 19-um. Prior numerat discipulos 70, posterior 82.

20-um. Salaria utriusque rite exsolvuntur.

Békésini continuata est visitatio canonica die 5-a [Novem]bris, praesentibus r[everendis] [reverendis] d[ominis] d[ominis] loci ministris, et Josepho Kotsordi iudice, Michaelae Püski, Michaelae Bétsi juratis, Joanne Nagy notario, et Joanne Szűts curatore.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Békés.

- 2-um. I[nclyto] co[mi]t[a]tui Békésiensi ingremiata.  
3-um. –  
4-um. Familiae 2074, animae 9325.  
5-um. Pastores ecclesiae: r[everendus] d[ominus] Joannes Dömény et r[everendus] d[ominus] Joannes Zilahi.  
6-um. Prior nondum habet formatas, posterior habet, interim uterque ordinati.  
7-um. Libris sufficienter instructi, canones ecclesiasticos, liturgias descriptas, item b[enigna] mandata regia, in negotio religionis emanata habent.  
8-um. Quoad doctrinam, mores et familias probati.  
9-um. Officium fideliter et cum fructu administrant.  
10-um. Matricula ducitur ab anno 1732 accurate.  
11-um. Salarium r[everendorum] d[ominorum] ministrorum fixum 100 ft. tractilium[?], nunc coram visitatione erectum est ad 100 ft. rhenenses. Deputatum vero jam non secundum morem hactenus via facti receptum, sed in natura, vel aequivalenti pretio primores se soluturos esse polliciti sunt, quod et diario v[enerabilis] tractus per ipsos inscriptum.  
12-um. Auditores sacra frequentant.  
13-um. Disciplin ecclesiastica exercetur in illos, qui se sponte offerunt.  
14-um. Curator ecclesiae Joannes Szűts rite suo defungitur officio, sed plerique ejus antecessores rationibus reddendis obnoxii serio moniti, ut extractum rationum, ad r[everendum] d[ominum] seniore[m] quantocitius submittant.  
15-um. Pauperes ostiatim mendicantes sunt 15, dantur et orphani, qui publicationibus providentur.  
16-um. Primoribus tectum templi et parochia major ad renovandum serio injuncta.  
17-um. Rector scholae Daniel Sipos, praeceptores Stephanus Börtsök, et Joannes Bodnár, filiarum praeceptores Michael Diószegi et Michael Kiss, cantor Stephanus Koródi.  
18-um. Sunt omnes ex aequo probati, moribus et diligentia.  
19-um. Rector discipulos habet 89, Börtsök 121, Bodnár 128, Diószegi 111, Michael Kiss 178.  
20-um. Salaria, omnibus his docentibus rite exsolvuntur. Inspectore scholae sunt: r[everendus] d[ominus] Joannes Dömény et Joannes Szűts curator.

Vésztőini continuata est visitatio canonica d[ie] 6-a [Novem]bris praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, judice Andrea Mészáros, Francisco Marhás, Francisco Tót juratis, et Michaele Kováts curatore.

- [8460] Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Vésztő.  
2-um. I[nclyto] co[mi]t[a]tui Békésiensi adjacet.  
3-um. –  
4-um. Familiae 471, animae 2281.  
5-um. Minister ecclesiae r[everendus] d[ominus] Michael Kollát.  
6-um. Ordinatus, sed formatas nondum habet.  
7-um. Libros sufficientes, canones ecclesiasticos, liturgias descriptas, et b[enigna] mandata regia in negotio religionis emanata habet.  
8-um. In doctrina, moribus et familia probatus.  
9-um. Officium fideliter et cum fructu administrat.  
10-um. Matricula ducitur ab anno 1759, idque jam nunc accurate.  
11-um. Salarium, diario v[enerabilis] tractus inscriptum, integre administratur.  
12-um. Auditores frequentes sunt in sacris.  
13-um. Disciplina ecclesiastica in malefactores exercetur.

14-um. Curator ecclesiae: Michael Kováts, rite suo defungitur officio, rationes de bonis ecclesiae quotannis reddendo, idque in praesentia v[erbi] D[ivi]ni ministri, nec perceptiones, vel erogationes sine ejus consig[nan]do.

15-um. Pauperes nulli dantur, sed parentum inopum pueri et puellae, tribus annuatim publicationibus sublevantur.

16-um. Templum, aedes parochiales et scholare ea qua par est curantur diligentia.

17-um. Rector scholae Michael Vég, praeceptor Nicolaus Szathmári, praeceptor puellarum Daniel Sós.

18-um. Probati omnes moribus, et sedulus quisque in suo officio.

19-um. Rector 49, praeceptor 69, puellarum praeceptor 103 habent discipulos.

20-um. Salaria docentibus rite exsolvuntur, si quidem.

Inspectores scholae scilicet r[everendus] d[ominus] loci minister et curator Michael Kováts, inter reliqua id agant, ut didactrum exhaerens, praeceptoribus sine defectu administretur.

K[örös]Tartsaini continuata est visitatio canonica die 7-a Novembris praesentibus r[everendo] loci ministro, iudice Michaele Puskás, Joanne Tóth, Stephano Ujhelyi, Michaele Gujás, Michaele Hajdu, Stephano Petneházi, Joanne Nagy, Andrea Hegedús, Andrea Szőke, juratis et plebeis, et Michaele Pap ordinario pagi notario.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: K[örös]Tartsa.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]it[ate] Békésiensi situata est.

3-um. –

4-um. –

5-um. Pastor ecclesiae: r[everendus] d[ominus] Stephanus Rónyai.

6-um. Ordinatus, sed formatis nindum provisus.

[8461] 7-um. Libros habet sufficientes, canones ecclesiasticos etc.

8-um. Quoad doctrinam, mores et familiam probatus.

9-um. Quoad officii administrationem, auditoribus ex omni parte acceptus est.

10-um. Matricula ab anno 1777 ducitur secundum regium mandatum.

11-um. Salarium r[everendi] ministri, diario v[enerabilis] tractus insertum, integre administratur.

12-um. Sacra ab auditoribus frequentantur.

13-um. Disciplina ecclesiastica utcunque exercetur.

14-um. Curator ecclesiae Michael Gujás, qui bona ecclesiae diligenter curat, et statuto tempore de perceptis et erogatis p[rae]s[en]te d[omi]ni ministro rationes reddit, omnesque perceptiones et erogationes cum ejus scitu consignantur.

15-um. Pauperes nulli, verum futuro Gyarakensium praeceptor, exigua summa ab ipsis promissa.

16-um. Templum recenter exstructum, est satis splendidum, at aedes parochiales et scholares ruinosae, quarum renovation primoribus serio imposita est.

17-um. Ludi magister Stephanus Ónadi, praeceptor Franciscus Némedi.

18-um. Primoribus probatus, sed de segniore circa officium cura admonitus est.

19-um. Rector discipulos habet 43, praeceptor informat 64, filiarum praeceptor puellas docet 113.

20-um. Salaria rite administrantur.

Inspectores scholae: r[everendus] loci minister et Michael Pap notarius.

M[ező]Berényini continuata est visitatio, die eode 7-a Nov[em]bris, praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, iudice Andrea Bagi, Francisco Kolosi juratis, et Stephano Bagi curatore.

- Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: M[ező]Berény.
- 2-um. In i[n]clyto co[m]it[atu] Békésiensi situata est.
- 3-um. –
- 4-um. Familiae 265, animae 1172.
- 5-um. Pastor ecclesiae r[everendus] d[ominus] Joannes Molnár, tract[ualis] assessor.
- 6-um. Est ordinatus, sed formati necdum provisus.
- 7-um. Libris sufficienter instructus, canonis ecclesiasticos, ligurgias descriptas et b[enigna] mandata regia in negotio religionis emanata habet.
- 8-um. In doctrina, moribus et familia probatus.
- 9-um. Officium fideliter et cum fructu administrat.
- 10-um. Matricula ducitur ab anno 1769 accurate.
- 11-um. Salarium r[everendi] ministri, diario tractus inscriptum, integre administratur.
- 12-um. Auditores sacra frequentant.
- 13-um. Disciplina ecclesiastica, utcunque exercetur privatim.
- 14-um. Curator ecclesiae Stephanus Bagi, moribus probus, officio diligens etc.
- 15-um. Pauperes nulli, sed rectori Gyarakiesi annuatim se aliquid soluturam ecclesia promisit.
- 16-um. Templum est ruinosum, verum novum et solida materia exstruere satagunt, anno proxime futuro, cujus fundus intravillanis, jam a domino terrestri, in loco satis amoeno et amplo exhibitus est. Ad hoc molae unius redditum, et in aere parato, summam satis elegantem habent. Aedificia publica sufficienter dantur, sed sepulchretum est in malo statu.
- 17-um. Rector scholae Andreas Nagy, filiarum praeceptor Andreas Varga.
- 18-um. Probati uterque moribus, et in officio seduli.
- 19-um. Rector discipulos 74, filiarum praeceptor 82 puellas habent.
- 20-um. Salarium eorum rite, et apto tempore solvitur.
- Inspectores scholae: r[everendus] d[ominus] loci minister, et Andreas Bagi.

Gyomainsi visitatio continuata est die 8-a Nov[embris] praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, iudice Michaeli Szilágyi, Stephano Kiss, Joanne Bíró, Gregorio Erdei, Stephano Bíró et Francisco Kováts curatore.

- Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Gyoma.
- 2-um. In i[n]clyto co[m]it[atu] Békésiensi situata est.
- 3-um. –
- 4-um. Familiae 856, animae 3907, additis ecclesiasticis eorumque familiis 3928.
- 5-um. Pastor ecclesiae.
- 6-um. Ordinatus et formati provisus.
- 7-um. Libros habet sufficientes, canones ecclesiasticos etc.
- 8-um. Doctrina, moribus et familia probatus.
- 9-um. Officium rite administrat, nisi quod jam secunda vice paralysim passus, valde infirmus redditus sit; hoc tamen non obstante, ab ecclesia retinebitur, sed ea lege, ut capellanum sibi adsciscat aptum, et ecclesiae etiam probatum, de cujus honesto salario et hospitio, idem r[everendus] d[ominus] ordinarius minister providere tenebitur.
- 10-um. Matricula ducitur ab anno 1773 accurate.
- 11-um. Salarium, diario tractus illatum, integre administratur.
- 12-um. Auditores sacra frequentant.
- 13-um. Disciplina ecclesiastica jam rigorosis exerceri cepta est in scurratores, sed injunctum est, ut et in maledicos, et fures exerceatur. Vidua Andreae Tálos cum suo filio Stephano Tálos, ejusque uxore Sara Hamza, jam dudum litigans, et scandalose in hac ecclesia vivens, de conviciis anilibus convicta et monita, dextram suis ponigendo, se emendaturam esse pollicebatur.

14-um. Curator ecclesiae Franciscus Kováts officio suo omni ex parte rite defungitur.

15-um. Pauperes nulli, verum senes quidam annis deserti, ex cassa publica providentur. Orphani pariter nulli. Nunc est Gyarakensi ludi-rectori aliquid promissum.

16-um. Templum, aedes parochiales et scholares reparatione indigent, quarum diligentior cura, primoribus, iterum serio njuncta est.

17-um. Rector scholae: Stephanus Szondi, praeceptor major Michael Gál, minor Joannes Tót, puellarum praeceptores Joannes Bak et Joannes Kállai.

18-um. Rector Stephanus Szondi, moribus ultra modum severus et durus, in officio segnior, si quidem discipulis, vix in clementis religionis versatos habuerat, admonitione dignus habebatur. Praeceptores Michael Gál et Joannes Tóth probantur. Puellarum praeceptores, moribus inculpati, sed discipularum magis memoriam, quam iudicium excolere student.

19-um. Rector discipulos habet tantummodo 51, Michael Gál pr[aeceptor] 62, praeceptor minor Joannes Tóth 130, praeceptor puellarum Joannes Bak numerat 88, alter Joannes Kállai 106.

20-um. Salaria, docentibus his, rite exsolvuntur.

Inspectores scholae: r[everendus] d[ominus] loci minister et Franciscus Kováts curator.

SzentAndrásini continuata est visitatio canonica d[ie] 9-a Novembris praesentibus r[everendo] d[omino] loci ministro, Michaele Ketskés curatore, Stephano Szabó, Michaele Német, Joanne Dorogi.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: SzentAndrás.

2-um. I[n]clyto co[m]m[un]it[at]ui Békésiensi ingremiata.

3-um. Filialis ejus Szarvas.

4-um. Familiae 178, animae 718.

5-um. Pastor ecclesiae r[everendus] d[ominus] Franciscus Dopsa, v[enerabilis] tract[us] assessor.

6-um. Est ordinatus, sed formati nondum provisus.

7-um. Libris sufficienter instructus, canones ecclesiasticos, liturgias etc. habet.

8-um. Quoad doctrinam, mores et familiam probatus.

9-um. In officii administratione, laude dignus.

10-um. Matricula ducitur accurate.

11-um. Salarium r[everendi] d[omini] ministri, v[enerabilis] tractus diario inscriptum, integre administratur.

12-um. Auditores sacra frequentant.

13-um. Disciplina ecclesiastica exercetur cum ligore, in malefactores scandalosos.

14-um. Curator ecclesiae Michael Ketskés, bona ecclesiae rite administrat etc.

15-um. Pauperes 2 ex publicationibus aluntur, orphani nulli.

16-um. Templum ruinae est proximum, at novi aedificatio, in tantum jam incepta, in quantum quaedam materialia, et fundus aeris parati exiguus sunt parata. Aedificia etiam parochialia et scholaria, multis carent rebus necessariis. Sepulchretum in statu pessimo est.

17-um. Rector scholae: Joannes Szokolai.

18-um. Moribus probatus, in officio sedulus.

19-um. Pueros sub sua cura habet 53, puellas vero 31. Puerorum non frequentantium numerus facit 25, puellarum vero 24.

20-um. Salarium docentis, rite exsolvitur.

Inspectores scholae sunt: r[everendus] d[ominus] loci minister, Stephanus Szabó et Michael Kapus.

Ötsödini continuata est visitatio canonica die 10-a Nov[em]bris praesentibus, r[everendo] d[omino] seniore, ut loci ministro, Stephano Olasz iudice, Paulo Kerekes, Andrea Konkoli, et Stephano Tóth iuratis, Georgio Maróti notario, et Georgio Rédei curatore.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: Ötsöd.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]i[t]a[tu] situata est.

3-um. –

4-um. Familiae 676, animae 3051.

5-um. Nomen pastoris Adamus Kuthi v[enerabilis] tractus senior cl[arissimus].

6-um. Ordinatus et formatis provisus.

7-um. Libris, canonibus ecclesiasticis, liturgiis et b[en]ignae] mandatis regiis in negotio religionis emanatis, sufficienter instructus.

8-um. Quoad doctrinam, mores et familiam probatus.

9-um. Officium suum sedulo et cum fructu administrat.

10-um. Matricula ducitur ab anno 1749 accurate.

11-um. Salarium r[everendi] d[omini] pastoris integre administratur.

12-um. Auditores in sacris frequentes.

13-um. Disciplina ecclesiastica, summo cum rigore exercetur, in malefactores scandalosos.

14-um. Curator ecclesiae, Georgius Rédei, accuratus in suo officio, sed antecessor ejus Stephanus Jordán, rationibus reddendis, inde a 9 annis obnoxius, de quo primores iterum admoniti, accuratum rationis extractum ad dies nativitatis Christi proxime imminentes ad r[everendum] tractualem notarium certo submissuros pollicebantur.

15-um. Pauperes 6 publicationibus aluntur, nunc etiam rectori Gyarakensi aliquid promissum.

16-um. Templum est novum, sed aedes parochiales carent porta et sepibus, scholares vero ruinosae, multis laborant defectibus, quarum reparatio promissa est. Sepulchretum est circum vallatum.

17-um. Rector scholae Franciscus Váli, praeceptor classium inferiorum Georgius Nemes, secundarius Petrus Bögös, puellarum praeceptor et capellanus ecclesiae r[everendus] Martinus Pákozdi.

18-um. Rector Franciscus Váli, ut ut probetur parentibus, nobis tamen remissus, et segnis apparet, in sua provincia exornanda, si quidem discipulos in specimine exhibito mediocriter habuit versatos. Praeceptor Georgius Nemes discipulos pro tenui eorum captu, solide informatos habet. Petrus Bögös est ex omni parte probatus. R[everendus] Martinus Pákozdi, probatur ex integro, nisi quod diarium suum, nunc jam secunda vice monitus, pro revisione haud exhibuerit.

19-um. Discipulos rector habet n[um]ero 51, praeceptor Georgius Nemes n[um]ero 52.

20-um. Salarium docentibus hac in schola, rite exsolvitur.

Inspectores scholae sunt: r[everendus] d[ominus] senior Adamus Kuthi, et curator ecclesiae Georgius Rédei.

Status ecclesiae B[oros]Sebes, in quo die 8-a Octobris 1801 repertus erat, summatim descriptus per r[everendum] d[ominum] Paulum Lázár v[enerabilis] tractus assessorem.

Punctum 1-um. Nomen ecclesiae: B[oros]Sebes.

2-um. In i[n]clyto co[m]m[un]i[t]a[tu] situata est.

3-um. Filialis ejus Kohen.

4-um. Mater ipsa B[oros]Sebes numerat animas 337, filialis Kohen 50.

5-um. Nomen pastoris: Emericus Herczeg.

6-um, 7-um, 8-um, 9-um, 10-um, 11-um – puncta haec, ignorantur.

12-um. Auditores sacra frequentant.

13-um. Disciplina ecclesiastica est in pessimo statu, unde plures scandalosi.

14-um. Curatores ecclesiae Georgius Patkó et Michael Nánási.

15-um. –

16-um. Templum novum ex solida materia exstruere satagunt, quem in finem jam fundum aeris parati 2200 fl[ore]nor[um] coactum. Caeterum aedificia parochialia et scholaria plurimis laborant defectibus.

17-um. Ludi magister Joannes Asztalos.

18-um. In officio negligens.

19-um. Discipulos habet, pueros et puellas in summa 32.

20-um. Salarium ejus rite exsolvitur.

Anno 1801 d[ie] 3-a Septembris in ecclesiis reformatorum Banaticis nos infrascripti, a v[enerabili] tractu, in hunc finem exmissi, visitationem canonicam incepimus, et sequentibus diebus absolvimus, hac ratione:

1-o. Prima in Banatu sita ecclesia est: MagyarIttebé, i[n]clyti co[m]it[at]ui Torontaliensi ingremiata.

2-o. In hac ecclesia, conjugum paria, nunc temporis sunt n[um]ero 251.

3-o. Minister ecclesiae: Josephus Kutasi, qui canones ecclesiasticos, et libros habet sufficientes, sed formati adhuc indiget.

4-o. Moribus, studiis et servitio ejus, auditores, se contentos esse coram nobis asserebant.

5-o. Matricula ecclesiae exstat, a die 10-a Maii, anni 1786.

6-o. Salarium ministri, matriculae insertum, de anno in annos, sine defectu exsolvitur.

7-o. Immorigeni, et suspectae personae, quantum fieri potest, disciplina coniguntur eccl[esiae].

8-o. Curator ecclesiae Stephanus Horvát, de perceptis et erogatis rationes reddit.

9-o. Templum et domus parochialis, curantur quidem pro tenui auditorum facultate, at multis adhuc carent requisitis, sed etiam cura ipsis comissa.

De schola, statuque ejus praesenti:

1-o. Rector scholae Joannes Matoltsi, qui satis quidem numerosos habet discipulos, sed officio suo, vix mediocriter defungitur.

2-o. Salarium ejus fixum, et didactrum solvitur exacte.

Praesentes in hac visitatione fuerunt: Joannes Hevesi iudex ord[inarius], Andreas Petes [...]ator, Joannes Szentes, Petrus Patai et Stephanus Mester jurati, Stephanus Horváth curator, Michael Cseke, Andreas Jámbor et Stephanus Török plebeii.

Die 5-a Sept[embris] a[n]ni c[urrentis] TömösVáronn requiráltuk nagyságos Desán urat mint a gyarakí r[e]formátus] ecclesiának földesurát, és a bánáti cameralis administrationak fődirectorát mindazért, hogy tartozó tiszteletünket éránta megmutassuk, mind pedig azért, hogy ecclesiáinkat favorába alázatosann recomandáljuk, amely tiszteletünket önagysága különös kedvességgel vette, és mind Gyarakra, mind Ritbergre nézve maga édes atyai indulatját és szíves igyekezetét a nevezett ekkléziákra nézve kegyelmesenn ígérni méltóztatott.

D[ett]o tekintetes Klanitzay ord[inarius] viceispány urat is ugyan ezenn az okon requiráltuk, aki is hasonlóképpen tisztességtételünket nagyra becsülte, és a bánáti magyaroknak magát különös patronusának lenni declarálta. Sig[na]t a[n]no die[que] ut supra.

N[ota] b[ene]: Azt kérte a t[ekintetes] úr, hogy a falujába lévő luth[e]ránus papot facultálja a v[enerabilis] tractus, hogy az oda való reformátusoknak az úrvatsoráját kiszolgáltathassa.

Die 7-a Sept[embris] a[nni] c[urrentis]:

1-o. Secunda in Banatu ecclesia reformatorum, vocatur Ritbergensis, i[n]c[lyto] co[m]it[at]ui TömösVáriensi ingremiata.

2-o. In hac ecclesia conjugum paria sunt n[um]ero 150.

3-o. Pastor ecclesiae r[everendus] d[ominus] Stephanus Boros, libris et canonibus provisus, ecclesiae suae, in omnibus punctis satisfacit.

4-o. Matricula ecclesiae exstat a die 1-a Sept[embris] 1794.

5-o. Salarium ab excelsa camera vidimatum et ratihabitu[m], auditores minuere volunt ex hoc motivo, quod numerus familiarum 45 hoc anno hinc discesserit.

6-o. Disciplina ecclesiastica prorsus neglecta.

7-o. Curator ecclesiae Georgius Berényi, qui de proventibus ecclesiae, rationem quovis anno reddit.

8-o. Oratorium habent ab excelsa camera, lateribus in coctis exstructum.

9-o. Rector scholae: Samuel Rátkai, qui officio suo mediocriter defungitur.

10-o. Pueri et puella scholam frequentantes sunt numero 27, non frequentantes n[um]ero 75.

Ad hanc matrem pertinet filialis:

1-o. Libling germanica: i[n]c[lyti] co[m]it[at]ui Tömösiensi ingremiata, ubi conjugum paria sunt n[um]ero 32, animae vero 164, sacra coena ipsis, bis de anno, propter duorum milliarum distantiam administratur.

2-o. Hi rectorem petunt germanicum qui praeter instructionem puerorum, etiam levitae officio fungi posset, cui praeter accidentias, salarium fixum promittunt f[lo]renos 60. Si vero ordinarium ministrum introducere possent f[lo]renos 100.

3-o. Multis in punctis congesti sunt contra ministrum evangelicum Liblingensem, v[...] gr[...] quod duplam de ipsis sumat stolam etc.

Anno 1801. die 8-a Septembris perventum est ad Debellás.

1-o. Ecclesia reformatorum Debellásiensis, districtui militari Pancsoviensi ingremiata.

2-o. Pastor ecclesiae Joannes Tar, formatam non habet, sed libros habet sufficientes, et officio suo satisfacit.

3-o. Matricula ecclesiae exstat ab anno 1794 die 18-a Augusti.

4-o. Salarium ministri solvitur sine defectu.

5-o. Disciplina ecclesiastica exercetur ut fieri potest, nobis praesentibus tres scandalosae personae hic correptae se emendatura pollicebantur.

6-o. Curator ecclesiae: Andreas Alföldi, qui de perceptis et erogatis rationem reddere tenetur coram foro militari, sine cujus scitu, ultra 3 florenos expendere non potest.

7-o. Mendici, ostiatim elemosynam petentes, reperiuntur n[um]ero 3.

8-o. Oratorium eorum ex asseribus aedificantum, ruinam minatur, dant tamen operam, ut novum erigere possint.

9-o. Rector scholae Josephus Buzdor, qui officio suo rite defungitur.

10-o. Pueri et puellae scholam frequentantes, sunt n[um]ero 104, non frequentantes fere totidem.

11-o. Conjugum paria sunt n[um]ero 224.

12-o. Novum presbyterium hic a nobis erectum, praesentibus Michaelae Heder, Andrea Alföldi, Stephano Hódi, Michaelae Bekő, Stephano Fekete, Joanne Dávid, Paulo Görbe et aliis prudentioribus.

Anno 1801. die 9-a Septembris Pántsován requiráltuk a méltóságos oberster urat, mint az ide való militaris directionak administratorát, és insinuáltuk a méltóságos oberster úrnak, mind a debellási ecclesiát, mind különösen azt, hogy méltóztatna a maga kegyessége szerént

kidolgozni a felsőségnél, hogy a felséges aerarium esztendőnként fizessen a debellási t[iszteletes] prédikátornak is annyit, mint a rácz és német papoknak szokott ezen a vidéken fizetni. Ez a méltóság is nagy betsüllettel látott bennünket, és ígérte, hogy mind a debellásiak boldogulásán, mind az odavaló prédikátori fizetésnek bonificatioján tiszta szívvel fog munkálódni. Sig[nat] in Pántsova, anno et die ut supra.

Franc[iscus] Gyarmathi v[erbi] D[ivini] minister et tract[ualis] notar[ius] m[anu] pr[opria].

Andreas Kiss tr[actualis] adsector.

Makoviae d[ie] 15-a April[is] 1802.

Extradat[us] per Franc[iscum] Gyarmathi m[anu] p[ropria], qua v[enerabilis] tractus j[uratum] notarium.